

2. Artus solutos ut quies reddat laboris usui
Mentesque fessas allevet luctusque solvat anxios.
3. *Janus*
Grates peracto iam die et noctis exortu preces
Votis, reos ut adiuves, hymnum canentes solvimus.
4. Te cordis ima concinant, te vox canora concrepet,
Te diligit castus amor, te mens adoret sobria.
5. Ut cum profunda clauserit diem caligo noctium,
Fides tenebras nesciat et nox fide reluceat.
6. Dormire mentem ne sinas, dormire culpa noverit,
Castos fides *absylen* refrigerans somni vaporem temperet.
7. Exuta sensu lubrico te cordis alta somniet.
Ne hostis invidi dolo pavor quietos suscitet.
8. Christum rogemus et patrem, Christi patrisque
spiritum.
Unum potens per omnia fove precantes Trinitas.
Ambrosius.

4. Hymnus ad Nocturnum.

1. Mediae noctis tempus est, prophetica vox admonet:
Dicamus laudes domino patri semper ac filio.
2. Terrorem tempus hoc habet, quod cum vastator
angelus
Aegypto mortes intulit, delevit primogenita.
3. Haec hora iustis salus est, quod ibidem tunc
angelus
Ausus punire non erat signum formidans sanguinis.
4. Aegyptus flebat fortiter natorum dira funera,
Solus gaudebat Israel agni protectus sanguine.